1105

nec non cum omni iure suo dominio proprietate propinquitate et titulo hereditario cum omnibus utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentijs et pertinen nullis exceptis pura mera sincera et irrevocabili donatione dedit donavit inscripsit irrevocabiliterq resignavit perpetuis ac diuturnis temporibus. Cui iam exnunc Intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Mtem et Ntes duos quos suis officiose acceptandam dat et admittit. Praesentaneo suo consensu ad id accedente.

Jakubowski Cessio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Branscensibus personaliter comparens Nobilis Joannes olim Stanislai Jakubowski Districtus Mielnicensis incola a foro suo proprio et iurisditione quavis competenti recedendo et huic se incorporando palam ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Nicolai Jakubowski et ipsius posteris de omni et integro iure suo seu Inscriptione certa principaliter per olim Ntem Bartholomaeum quondam Jacobi Jakubowski Nobili Zophiae filiae olim Joannis Jakubowski conti suae modo reformatorio in medietate bonorum suorum super summam Triginta sexagenar polon coram Actis Trribus Mielnicen feria secunda ante festum Sancti Stanislai in Maio Anno Millmo Sexcentmo Trigmo facta tandem per praefatam Zophiam contem secundi matrimonij olim Ntis Mathiae Wierzienski cum marito sui assa Ntis Thomae olim Georgij Jakubowski Camerario Trri Mielnicensi coram Actis Castren Mielnicensibus Sabbatho post Dominicam Cantate Millmo Sexcentesimo Trigmo Sexto transfusa postmodum sibi recognoscenti per Ntes Martinum et Sebastianum filios olim praefati Thomae Jakubowski nomine suo et Ntis Valentini fratris sui coram Actis pntibus feria tertia post Dominicam Passionis Judica Anno Millmo Sexcentmo Quinquagesimo proxe transacto cessa cum omnimoda potestate Inscriptionis originalis et cessionis accepta sufficienti satisfactione cedit et condescendit omneq et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius et ipsius successorum plenarie transfert et transfundit Intronem illi exnunc realem per Mtem et Ntes duos offiose acceptandam admittendo.

Jakubowski Remissio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Branscensibus pntr comparens Nobilis Jacobus olim Samuelis Koruchowski in Jakubowicze tenutarius sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Joanni olim Stanislai Sobiechowicz Jakubowski et ipsius posteris obligationem suam tenutae immobilis in bonis Jakubowicze sitam sibi recognoscenti per Ntem Albertum Sobiechowicz Jakubowski fratrem eius germanum coram Actis authenticis in Quadraginta florenis polon inscriptam et per Ntem Chwiedoram Sakowska consortem ipsius approbatam Cum omnimoda potestate eiusmodi Inscriptionis suae ac parata Intromissione possessione tuitione Evictione et ligamentis